



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Copensteinivus Conceptuum Prædicabilium In Dominicas Festaque omnia per Annum

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1624

Dominica XXVI. Post Trinitatem. Cum videritis abominationem
desolationis. Matthæi 24.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51556)

contra Senones olim à sese defensam, seruarat; ait *Plut. in vita Camilli*. Post à Romanis damnatus cum educitur, visa rupe Tarpeia, ait: Ecce rupe illa vos arguet, testis seruata ibi à me Romæ. Confusi, virum absoluerunt. Plus è locis sanctis Christi confundentur iniusti.

PARS VI.

An & paruuli non baptizati comparebunt?

Q Vi conuenient ad iudicium? *Rich. de S. Vict. ex 4. dist. 17. Quatuor sunt genera hominum: iudicati, & damnati: iudicandi, & damnandi: iudicati & saluati: iudicandi & saluandi.*

Paruulis autè non baptizatis quid fiet? Duplex opinio. *Prima* Eos ab fore ab iudicio. 1. Quia aderunt tantum Agni, & hæc. di: At neutri sunt paruuli. Nec cum Agni statui possunt; ob peccatum originale: Nec cum hædis; quia peccato carent actuali: ac proinde pena sensus.

2. Duplex sententia iudicis erit: At neutra paruulis conuenit. Quia opera ea nec præstare potuerunt cum Agni; nec omittere cum hædis. Neque plures sunt, quam duæ sententiæ. Ergo neutri intererunt iudicio.

3. *Dan. 12. Multi de his, qui dormiunt, euigilabunt: alii in vitam eternam, alii in opprobrium. Si multi: ergo videtur, quod non omnes* Ergo aliqui nec ad vitam nec ad opprobrium. In quibus quos numeres, nisi paruulos. 4. Iudicium erit de saluandis ad cælum, & dånandis ad infernum. At neutrum in locum venient paruuli, ergo.

II. Secunda sententia certior est. Resurgent, & iudicabuntur. 1. *Apocal. 20. Vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni.* 2. *Et congregabuntur ad eum Omnes.* 3. *Sic D. Th. Ratio eius. 1. Om-*

nibus debetur merces aut boni, aut mali: Sed paruulis inest malum *Adæ* nõdum persolutum totum: ergo. 2. *Gratia Iesu infinitis partibus est maior, & efficacior peccato Adæ. Roman. 5. At per peccatum mors; per Iesum autem resurrectio æque ad Omnes pertransit: ergo & paruuli resurgent.*

O quis tunc erit cruciatus abortum procurantium; aut negligentium baptismum parentum? 1. Graue erat *Ezechie Regi* audire, filios in *Babylonem* abduccendos captiuos, *Isa. 39.* Quanto istis grauius? 2. Neque tunc dicendi est locus cum *Iob. 10. Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum.* 3. Nec cum *Dauid* in sacco & cinere, & ieiunio orandi locus erit: vt illi pro filio *Bersabeæ. 2. Reg. 12.*

DOMINICA XXVI POST TRINITATEM.

Cum videritis abominationem desolationis. Matthæi 24.

Vidit, *Apoc. 12.* *Ioannes* draconem rufum, septicipitem, decacornem, septies coronatum, trahentem cauda tertiam stellarum partem, qui rabiem suam in vnã conuertebat *Mulierem*. Fuit ille *Lucifer*. At erit similis *Antichristus* sanguinarius, regnorum potens multorum; virulentus, in numero trahet: *Ecclesiæ* persecutor dirus.

Nos circa hæc

- I. De nominibus *Antichristi*.
- II. De desolatione *Ierosolymitanæ Urbis, & Orbis*.
- III. De tribulatione magna, in secundo *Aduenta Iesu*.
- IV. De abominatione *Antichristiana generatim*.

Nu 2 V. De

V. De Antichristi fraudulentia.
VI. De eiusdem Tyrannide.

PARS I.

De nominibus Antichristi.

Antichristi nomina infausta, horri-
ca 1. Iob. 21. In die perditionis seruat
Maus & ad diem furoris adducetur. 2. Isa. 11.
In spiritu suorum interficiet Impium, pietatis
hostem & ruinam. 3. Reuelabitur, 2.
Theff. 2. Iniquus, quem Dominus Iesus inter-
ficiet spiritu oris sui; & destruet illustratione
aduentus sui. Ius fas omne pessundabit;
diuina humanaque explodet; tyrannidē
meram inferet. 4. Dan. 8. Consurget
Rex impudēs facie, & intelligens propositiones.
Nulli vnquam hæc nomina data. Atque
ideo forsā dicitur Apoc. 13. Admirata est
vniuersa terra post bestiam, 5. Nisi venerit
discessio primum, 2. Theff. 2. & reuelatus fue-
rit Homo peccati, vel Filius Perditionis, vt S.
Methodius & Hieron. legunt. Vt Sa-
lamandra omne serpentum genus infi-
cere potest veneno, & interficere. Si e-
nim alij serpentes tantum innatent aque
in qua illa fuit, quin si quid tangant,
quod illa attigit; moriuntur. Ita Antichri-
stus perditorum erit perditissimus; af-
flatu, tactuque noxius. 6. Matt. 24. di-
citur etiam Pseudopropheta, Dan. 11. Rex Se-
ptemtrionis. Hic, Abominatio desolationis.

PARS II.

De desolatione Ierosolimitanæ Urbis, &
Orbis.Sententia
variorum.

I. **C**um vid. abom. desol. scilicet vrbis Ie-
rosolymitanæ. De qua Mar. 15. Magi-
ster aspicit, quales lapides; & qualis structura?
Et Dominus. Nō manebit lapis super lapidem.
Ita locum hunc intelligunt Orig. Aug. D.
Th. & c. de Vastatione Vespasiana. Et a-
prissime.

Licet accipiat eum Hier. de Antichri-
sto. Chrys. & c. de Statua Caligulæ cum
Aquila. Hugo Card. de statua Adriani. Am-
bros. de Capite porcino, quod Romani
intrulerunt templo ad contemptum Iu-
dæorum.

II. Desolationem describit Iosephus de <sup>Desolati-
onis
urbis.</sup>
bello Iud. tantam, quanta nusquam fuit,
aut legitur. 1. Peste, fame, gladio perie-
runt millies centena millia hominum;
capta nonaginta millia, & per orbem di-
uendita: Vt hodieque sint ostentui. Psal.
58. Deus ostendit mihi super inimicos meos; ne
occidas eos; ne quando obliuiscatur populi
mei, Christiani Passionis dominicæ. Di-
sperge illos in virtute tua, & depone eos, Prote-
ctor meus Domine.

2. Dominus ait. V. a pregnantib. & nutri- <sup>Ac Ma-
entibus in illis diebus. Simile Elifæus malum
prædixit Iazaeli, Duci Regis Syriæ; quod
facturus esset Iudæis. 4. Reg. 8. Sic & A-
mos 1. facturos ammonitas iisdem. Theo-
phylactus, ait, Dominum indicasse mulie-
res voratrices liberorum. Quod fa-
ctum, teste Iosepho.</sup>

3. Magna. 1. Ideo Luc. 19. Dominus ^{Elebū.}
videns ciuitatem fleuit super eam. 2. Sic Da-
uid & populus leuauerunt voces suas, & plan-
xerunt excidium Siceleg, donec desicerent in
eo lachryma. 1. Regum 30. 3. Similiter
Mach. 2. Matathias. V. a mihi, vt quid natus
sum videre contritionem populi mei, & ciuita-
tis sanctæ, & c.

III. Posse tamen hæc accipi de exci-
dio orbis, & aduentu Domini, auctor est
Aug. 2. Ciu. c. 5. Et Hier. Quærent enim
Apostoli: Quando hæc erunt? Et quod signum
aduentus tui?

Nota autem vocem Tribulatio. Eric Iustorum
tanta, quanta nunquam, ob iram Dei in <sup>expurgati
impios, & iustitiam in pios. Hos enim o-
portet prius expurgari tribulatione; quā
fiat iudicium omnibus; & beatitudo i-
pſis. Ideo vocatur Diluuium, vt, Pl. 31. Pro
hac.</sup>

hac orabit ad te omnis sanctus. Veruntamen, in diluuiio aquarum multarum, tribulatione hac, ad te non appropinquabunt.

Secundum diluuium igneam erit. Hinc Matth. 24. Sicut in diebus Noe, sic erit aduentus filii hominis.

Et quasi tempestas. Sed erit diluuium ignis. 1. psal. 96. Mōtium fundamenta comburet. Ignis ante ipsum procedet, & inflammabit inimicos in circuitu. 2. In momento totum orbem corripiet, & consumet omnia; sola erit super tellus purgata. De eo Psalm. 49. In circuitu eius tempestas valida. Psalm. 82. Persequeris illos in tempestate tua. Dan. 11. Quasi tempestas veniet contra illam. Nahum 1. Dominus in tempestate, & turbine via eius, & nebula puluis pedum eius.

PARS III.

De tribulatione magna.

Causa tribulationis. I. Tribulatio magna. 1. Ob signa in sole, & luna, & stellis. 2. Ob citationem ad iudicium. Nam, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. 3. Ob iudicii claritatem. Quia 1. Cor. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. 4. Ob iudicis furorem, Psalm. 79. Ab increpatione vultus tui peribunt. Nahum 1. Ante faciem indignationis eius quis stabit? Et quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est, ut ignis, & petra dissoluta sunt ab eo.

Principes causa. II. Trib. Magna. Nam, quam clemens in primo aduentu, quoniam hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Tam ab furore terribilis erit, in secundo. 1. Nahum 1. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt, & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. 2. Psalm. 54. Diuisi sunt ab ira vultus eius. 96. Montes fluxerunt à facie Domini, & omnis terra. 3. Ioel. 2. & Abacuc. 2. Sileat à facie eius omnis terra. Zach. Sileat omnis caro à facie Domini. Hæ Prophetiæ.

Figure istæ. 1. Daniel. c. 10. Vidi, & ecce vir, & c. & facies eius sicut species fulguris, & oculi eius ut lampas ardens. 2. Apocal. 1. Visus cum flammicantibus oculis, facie solari, voce aquarum multarum. 3. Alias semper. Domine letitia in vultu tuo. At tunc vel Iustus Iob. 1. cap. 9. sic horrebit ad iras, ut dicat; Nec aspiciat me visus hominis. 4. Ac rursus cap. 14. Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me donec pertranseat furor tuus. 5. Tunc dicere potest omnis homo, quod Iacob Labano, Gene. 31. Video faciem patris vestri, quod non sit erga me, sicut heri, & nudius tertius. Terribilis erit in cessu, ut supra ex Nahum liquet. Nam ignis ante ipsum procedet, & inflammabit in circuitu.

III. Terribilis à voce. 1. Isa. 24. Dominus, Et vox Dei, sicut fortis egreditur, sicut vir proliator suscitabit zelum, vociferabitur & clamabit. 2. Ioel. 3. Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam, & commouebuntur cæli, & terra. 3. Iere. 25. Dominus de excelso rugiet, & de sancto habitaculo suo dabit vocem suam. 4. Si David tantopere suum peccatum detestatus sit, ut dicat, Rugiebam à gemitu cordis mei: quantum rugiet Iesus detestator omnium peccatorum? 5. Iob. 16. Quis poterit magnitudinem tonitruum illius intueri?

Præ hac, 1. Matth. 24. Sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum, & stella cadent de celo. 2. Irem Psal. 64. Turbabitur gentes, & timebunt; qui habitant terminos à signis tuis. 3. Isa. 64. Descendisti, & à facie tua montes fluxerunt. Cum feceris mirabilia, non sustinebimus.

IV. Sola memoria tribulationis istius fat est ad homines à vitiis reuocandos. Memoria istius efficacax ad penitentiam. 1. Ita David Psal. 74. Dixi iniquis, nolite inique agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus, quoniam DEVS IVDEX est. 2. Ita Ierem. 15. Sedebam solus, in vita solitaria, quia comminatione replesti.

Nn 3 me

me facta de iudicio, & tribulatione vltima. 3. Ita Iob. 3. Verebar omnia opera mea, sciens, quia non parceres delinquenti. 4. Cicero contra Epicurum, Dei osorem, disputans de prouidentia diuina, ait: feri non posse, vt Deum offendat sciens, eximque non timeat, qui Iudicem fore ipsum sibi persuadet.

PARS IV.

De Abominatione Antichristiana generatim.

I. Antichristū dici metonomice Abominationem, ait Hil. Aug. &c. Quod Deo sit directe contrarius futurus. Desolationis, ob bella, persecutiones. &c.

Papa non est Antichristus.

Sed quæ infania, aut stupor hæreticorum est, qui Papam volunt esse Antichristum? 1. Nam Ioan. 5. Si alius venerit in proprio nomine illum recipietis: Atqui Iudæi Papam nunquam receperunt vt Messia: 2. Nec est Papa vnus aliquis tantum solus, sed plures successiue sunt. 3. Nec se quisquam dixit Messiam. 4. Nec solum suum Papa collocavit in templo Salomonis; vt Antichristus faciet. 5. Nec diuino cultui bellum mouit, se Deum proponens adorandum: 6. Nec triennio tantum duravit Papatus. 7. Neq; in Babylone natus est vnus aliquis talia docens, & agens: vt Hieron. in 11. Dan. &c. de Antich. recte colligit.

Antichristi calliditas.

II. Antichristus erit & versutissimus, & violentissimus: Ita vt, Matth. 24. in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Quippe 2. Theff. 2. Cuius aduentus est secundum operationem satane in omni virtute & signis, & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis.

Et duratio.

Triennio, & semestri furet. Aug. 20. Ciu. c. 8. Et Apoc. 3. Data est illi potestas facere menses quadraginta duos. Dan. 12. In tempus, anni, & temporis biennij, & dimidium temporis annui, siue quod idem, Dies 1260.

PARS V.

De Antichristi fraudulentia.

I. Persecutio Antichristiana generatim erit duplex. Fraudis, & Thyranidis. DE FRAVDVLENTIA, captatrice innumerorum, Iacob Genes. 49. Dan coluber tortuosus: Vbi Glossa: Antichristus erit, vt coluber fallax blanditijs, & deceptionibus: Et erit, vt Ceraustes, exterminans tormentis. Ceraustes autem terra se abdit, prominentibus tantum cornibus duobus; quæ aues rata esse vermes, cum deuorare volunt, deuorantur ab eo. Talis & is bestia.

Emittet quoque suos idem in totum orbem prædicaturos contra Iesum ac Deum: Et Dan. 7. Robur datum est ei contra iuge sacrificium; & prosterneatur veritas in æternum. Idem Ioel. cap. 1.

II. Circumcisionem inducet, iuuans ad instaurationem templi Salomonis, & adorabitur à Iudæis vt Messias. Hæc Apoc. 13. Vidi de ore draconis, & de ore bestie, & de ore Pseudoprophete exire tres spiritus inmundos, ad modum Ranarum. Primus spiritus est Dracontius; ad mirissimas doctrinas subtilissime spargendas. Secundus, bestialis; ad vitam impurissimam laxandam omnibus flagitijs. Tertius, hypocriticus. Gregor. lib. 33. Moral. Sub equi specie auditoribus reprohis serpentinum virus infundet. Ideo dicitur Dan. 7. Os loquens ingentia. Verum Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo. Plal. 9.

III. Miracula edet: sed falsa; auxilio diaboli. S. Thom. 2. 2. q. 159. Sicut magi in Aegypto coram Pharaone. Exod. 7. Prodigia operabitur, conitrua, fulgura, ignes, ventos, terræ motus, &c. Sed Pl. 15. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.

IV. Donis multos inescabit illectos.

1. Nam

1. Erat Orbis.

2. Erat vt cultus.

3. Erat tri-damnon.

4. Erat 100 maturgu.

5. Erat 70 lydor.

1. Nam arte diaboli thesauros sub terra inuisos inueniet. 2. Dan. 9. *Abundabit auro, & argento.* 2. Et innumerorum bona depulabitur confiscata. 3. Adhuc Dan. 11. *Abundantes, & vberes vrbes ingreditur, rapinas, & pradas, & diuitias earum dissipabit, affectis dilargiendas.* 4. Iob 21. *Post se omnem hominem trahet ante se innumerabiles.*

PARS VI.

De Antichristi Tyrannide.

Tyrannus
qualis.

I. DE Tyrannide in detrectantes eum sequi. 1. Dan. 7. *Ecce quatuor veni celi pugnabant in mari magno, & quatuor bestie grandes ascendebant de mari diuersa inter se. Mare, est mundus: Venti, sunt bellum, pestis, fames, terra motus, Luc. 24. & Mat. 27. Bestia, sunt persecutiones per bestialia vitia: Superbiam leoninam; Libidinem vrsinam; Hypocrisin Pardi maculosi, Crudelitatem inexplicabilem; Ideo quarta bestia est inuicinis, terque triplicem dentium feriem in vrsu vidit, id est, Adulterium, Sodomiam, Sacrilegium.* 2. Similis bestia visa Apoc. 13. Leopardi similis, septiceps, decacornis, pedibus vrsinis, ore leonino. 3. Erit igitur Homo peccati plenus omnium peccatorum septem mortalium septiceps: Vt re, & nomine sit Abominatio ipsa; non tantum abominabilis.

Tyrannus
qualis.

1. Ab reali.

II. Ab hoc o quantatribulatio! 1. Chrysofost. in Matth. *Vt nunquam fuerit similis nec futura sit.* 2. *Stellas detrahet, iustos in errorem pertrahet.* Greg. 1. 3. *Mora. Pen semus, ait, qua erit humana mentis tentatio illa, quando pius martyr corpus in tormentis subiicit, & tamen tortor ante eius oculos miracula faciet?*

2. Ab sociis
suis.

3. Adhuc Iob 41. *Sub ipso erunt radij solis, id est, diserti: iniquique ac potentissimi.* Vbi Greg. *Quid per radios solis, nisi cacumina*

Sapientum designantur?

4. Adde quod largitiones faciet profusas, similis Satanae, offerenti Christo re-gna. Matth. 4. *Per hoc quot eum affectabuntur, cum totiam gratis vndique venentur opes? Vt miretur Ps. 9. Propter quid irritauit impius Deum? q. d. ob terrena.*

3. Ab opti-
bus.

III. Heu tribulatio quanta? 1. Conuenientiam eam vnam Orcus, Mundus, Antichristus: Diabolus; Ars, Dolus, Vis; Dona, Promissa; Dignitas, Prosperitas, Singula quanta? At collecta qualia? 2. Magna tribulatio: quia postrema: quia electorum proba & lapis lydius.

4. Ab cir-
cūstantiis.

Habent vero iusti Ducem Iesum, 1. Hic *Sed Deus Ascendit vsque ad caelos sua gloria? At prius descendit vsque ad abyssos tribulationum vltimarum. Sequere: ipse eripiet.* 2. Tribulatio scala est Iacob, qua descenditur ad aspera: ascenditur ad aetherea. Gen. 28. 3. Sunt Psalm. 7. *graduales, qui in ascensu templi dici consueverunt: horum primus incipit ab tribulatione; Ad Dominum, cum tribulauer, clamaui, & exaudiuit me.* Et singuli loquuntur tribulationes. Et haec sunt gradus quidam ad caelum. Quoniam per multas tribulationes oportet intrare in regnum caelorum.

Sed Deus
pronobis.

Sic itur ad
astra per
aspera.

4. Ita sponsa: *Descendi in hortum meum, vt videam poma conuallium. Nuees amarae foris, intus dulces; & arbor verberabilis, indicant tribulationes. Ab his itur ad iocunda pomorum.* 5. De talibus Psalm. 126. *Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua, tribulationes; vnde surgunt manipuli gloria.* 6. Ita & factum est ductis in Baby-lonicam captiuitate; de quibus ibi Pfalter vaticinatur: Quos Darius, & Cyrus dein cum gloria restituit.

Per ora collectis summatim quinque in Nota V. Eu. agelio consiliis. 1. *Tunc qui in Iudaea sunt fugiant ad montes, a facie Antichristi in deserta: vt Loth, Elias, &c. fecerunt. Item confugiant ad Deum, ad Diuos 2.*

Quis

Qui in recto seruitij diuini, contemplationis, &c. Non descendat ad humana solatia & auxilia, tollere aliquid de domo sua. 3. Qui in agro eremita vel cœnobita, non reuertatur ad mundum, tollere tunicam suam negotiorum disponendorum. 4. Va pregnantibus, & nutrientibus in diebus illis, quia

minus fugere possunt, quales etiam sunt auari, ambitiosi, voluptuarij, &c. s. Orate, vt non fiat fuga vestra in hyeme mortis; vel sabbato vitæ futuræ. Nam hic non locus vel tempus est pœnitendi; ibi, non facultas, præ angustis.

F I N I S.



NVCLEVS